

Bericht des Giovanni Andrea Bussi über die Gefangennahme des NvK in Bruneck und ihre Vorgeschichte seit dem Wiltener Überfall 1457. Der Verfasser legt im Einzelnen dar, dass NvK in hinterlistiger Weise von Hz. Sigismund und seinen Räten und Gefolgsmännern nach Bruneck gelockt und überraschend eingeschlossen und gefangen genommen worden sei. Er sei in rechtswidriger und unehrenhafter Weise gezwungen worden, sehr weitreichende Forderungen zu erfüllen, darunter die Übergabe der Burg Taufers an Hz. Sigismund, die Auslieferung aller Burgen und Städte des Hochstifts an das Domkapitel, die Zahlung von 10.000 fl. sowie den Verzicht auf die Rückzahlung des Darlehens über 3000 fl. Das Domkapitel habe sich klar auf die Seite Hz. Sigismunds gestellt.

Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, StiB, Cod. Cus. 221 p. 249-255. Über dem Text: Similem de manu d. abbatis<sup>1)</sup> habet Caspar Blondus.<sup>2)</sup>

Erw.: Scharpf, Cardinal und Bischof I 308-314; Jäger, Streit II 8-16; Vansteenberghe, Cardinal 196-198; Meuthen, Die letzten Jahre 87, 166; Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 386-390; Hallauer, Bruneck, 391 (ND 2002, 167f.) und passim.

Der folgende Bericht des Cusanus-Familiaren Giovanni Andrea Bussi enthält die früheste und zugleich ausführlichste Schilderung der Ereignisse von Bruneck. Er ist eng verbunden mit dem Schreiben Bussis an Georg Hack vom 7. Mai 1460 (Nr. 6210). Im Einzelnen ist er mit den aus der Sicht des Domkapitels verfassten Notizen im Codex Handlung und den späteren Streitschriften zu vergleichen, hier insbesondere Nr. 6338-6342 (September 1460) aus der Sicht des Herzogs und Nr. 6392f. (November 1460) aus der Perspektive des Domkapitels. Weitere Schilderungen finden sich in Streitschriften des NvK vom Mai/Juli 1461 (s. künftig AC III 3). Da die Streitschriften eine stark polemisch überformte Darstellung der Ereignisse enthalten und für das Ringen um die publizistische Deutungshoheit ausschlussreicher sind als für die Rekonstruktion der Ereignisse, wurde davon abgesehen, ihre Inhalte an dieser Stelle zu bringen. Sie werden stattdessen in üblicher chronologischer Abfolge ihres Entstehens gebracht.

(Im Anschluss an Nr. 5274 heißt es:) Cardinalis vero die sequenti<sup>3)</sup> avisatus de maiori periculo venit Sabionam; et demum a Sabione ad castrum sancti Raphaelis.<sup>4)</sup> Calistus papa de ista persecuzione informatus mandavit per bullam duci, ut episcopum assecuraret, quod possit facere officium suum, alioquin esse deberet interdictum in dominis suis.<sup>5)</sup> Ab illa bulla appellavit dux ad futurum concilium vel sedem apostolicam<sup>6)</sup>, sed non est prosecutus appellationem infra tempus juris.<sup>7)</sup> Pius papa successit Calisto. <sup>5</sup> Vocavit ducem ad dietam Mantuam intimando sibi desiderium suum conponendi negotium differencie inter ducem et cardinalem via amicabilis submissionis vel iusticie. Dux venit Mantuam.<sup>8)</sup> Papa octo diebus diligentissime laboravit, et non profecit.<sup>9)</sup> Cardinalis vero submisit se simpliciter pape via arbitrii

<sup>8</sup> se: folgt gestr. simplicem.

<sup>1)</sup> Nämlich Giovanni Andrea Bussi, der auf die Abtei S. Giustina von Sezzadio Anspruch erhob und deswegen als abbas unterzeichnete; s.o. Nr. 5837. In der älteren Literatur (Scharpf, Jäger, Vansteenberghe) ist stets von einem „unbekannten Abt“ die Rede. Bei Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 387, taucht der „nicht weiter bekannte Abt“ sogar noch neben Bussi auf.

<sup>2)</sup> Gaspare Biondo, Sekretär des NvK; s.o. Nr. 6015 Anm. 15. Während Bussi NvK 1460 nach Bruneck begleitete, blieb Biondo an der Kurie zurück. Daher erstattete Bussi seinem Kollegen detailliert Bericht.

<sup>3)</sup> Nämlich am 4. Juli 1457; s.o. Nr. 5298.

<sup>4)</sup> Am 10. Juli 1457; s.o. Nr. 5299f.

<sup>5)</sup> S.o. Nr. 5397.

<sup>6)</sup> S. die Appellationen Nr. 5419 und 5489. Dass Hz. Sigismund bereits damals auch an ein künftiges Konzil appellierte, geht aus Nr. 5508 hervor; vgl. dort Anm. 2.

<sup>7)</sup> Die Appellation hätte innerhalb eines Jahres in Rom weiter betrieben werden müssen. Allerdings hatte Pius II. diese Frist am 1. Januar 1460 um weitere zwei Jahre erweitert; s.o. Nr. 6084.

<sup>8)</sup> Hz. Sigismund hielt sich vom 15. bis 30. November 1459 in Mantua auf; s.o. Nr. 6045.

<sup>9)</sup> Diese achtjährige Verhandlungsperiode wurde offenbar von der Audienz im Konsistorium am 21. November 1459 bis etwa zur Abreise Hz. Sigismunds aus Mantua bemessen; vgl. Nr. 6052-6055, 6057, 6059.

aut iusticie. Dux vero non acceptavit, sed recessit re incomposita. Cardinalis causam committi fecit in  
10 iure. Cui dominus Tridentinus episcopus scripsit, quod accederet proprius ad diocesim suam Brixinen-  
sem et non hesitaret de insecuritate.<sup>10)</sup> Ipse Tridentinus auxilio aliorum consiliariorum speraret compo-  
nere negocium, cui acquievit cardinalis et venit ad castrum sancti Raphaelis.<sup>11)</sup> Deinde venit ad ipsum  
dominus Wolfgangus Newidlinger<sup>12)</sup>, qui nomine capituli Brixensis tamquam acceptus duci laboravit,  
quod res ista ad practicam poneretur; et in nomine domini Tridentini<sup>13)</sup> et domini Jacobi Trapp<sup>14)</sup>,  
15 magistri curie ducis, et domini Parczevalis de Annenberg<sup>15)</sup> persuasit cardinali, ut Bruneckam accederet et  
non hesitaret de insecuritate, aliqua dicens, quia in Bruneckam accedi posset, nomine domini ducis aliquos  
venturos et secum tractaturos de pace. Et quia constantissime securitatem promittebat, licet a multis aliis  
avisaretur, demum cardinalis acquievit, confidens in promissa securitate, que eciam per litteras domini  
Tridentini et abbatis Wiltensis<sup>16)</sup> nomine magistri curie promittebatur. Venit itaque Bruneckam. Et in  
20 sabato „Sicientes“ (29. März 1460) ordines celebravit et plebanis dicendo ibi presentibus exposuit, ex quo  
dux appellasset a bulla Calisti, in qua ponitur interdictum, et non esset prosecutus appellacionem.<sup>17)</sup> Ideo  
secundum ius scriptum servari deberet interdictum.<sup>18)</sup> Dedit consilium cardinalis, ut mitterent ad ducem  
persuadendo, ut cardinalem assecuraret. Tunc contra interdictum esset remedium in bulla Calisti positum.  
Miserunt et nichil impetrarunt.<sup>19)</sup> Venit demum dominus Parczeval sine litteris et mandato ducis,  
25 asserens se ab eodem missum ad tractandum cum cardinali.<sup>20)</sup> Quem cardinalis interrogavit, quare dux  
non assecurasset eum iuxta mandatum Calisti. Qui respondit dudum ducem affixisse ad valvas ecclesie  
Brixensis quandam protestacionem, in qua protestaretur cardinalem securum esse.<sup>21)</sup> Cui cardinalis  
respondit, quod per hanc protestacionem non esset satisfactum bulle Calisti.

Et sciendum, quod quidam rumor exortus fuit, quomodo dux esset offensus de eo actu, quem fecit  
30 cardinalis sacerdotibus<sup>22)</sup>, sed ne propterea cardinalis hesitaret, an esset securus, prefatus Wolfgangus  
Neidlinger de Insprucka intimavit cardinali, quod nichil dubitaret, quia esset securissimus.<sup>23)</sup> Et hoc  
ipsum postea veniens Bruneckam confirmavit sub periculo corporis et vite sue. Et quoniam s<sup>mus</sup> dominus  
noster papa Pius requisiverat ducem Sigismundum per litteras suas an vellet unionem, de qua supra fit  
mencio, observare, et hoc s. sue responderat se ipsam servaturum<sup>24)</sup>, hiis omnibus securitatibus confisus  
35 deliberaverit divina peragere usque ad festum Pasche conclusive in opido Bruneck.

Dominus Parczeval autem, de quo supra fit mencio, applicuit in curru Bruneckam lune post Palmarum  
(7. April 1460), et colloquia habita sunt super differencias inter cardinalem et ducem, et usque ad unum  
articulum videbantur concordes. Articulus autem ille erat de minera quadam, in cuius possessione fuit

---

13) Newidlinger: *a.R. von der Hand des NvK* Neydlinger. 24) Parczeval: *a.R. von der Hand des NvK* adventum Parcivalis. 38 concordes: *a.R. von der Hand des NvK* de minera Geresteyn.

10) Dieser Brief des B. Georg Hack von Trient ist nicht erhalten. Er wird jedoch mehrfach erwähnt; s.o. Nr. 6145 Z. 2f.

11) NvK reiste Anfang Februar 1460 zunächst nach Bruneck und dann am 14. Februar 1460 nach Buchenstein. S.o. Nr. 6108, 6121.

12) Wolfgang Neidlinger, Brixner Domberr. Er verhandelte Mitte Februar 1460 mit NvK in Buchenstein; s.o. Nr. 6108.

13) Georg Hack, B. von Trient.

14) Jakob Trapp, Hofmeister Hz. Sigismunds.

15) Parsifal von Annenberg, Rat Hz. Sigismunds.

16) Diese Briefe des B. Georg Hack von Trient und des Abts Ingenuin Mösel von Wilten sind nicht erhalten. Vgl. auch Nr. 6145 Z. 6.

17) S.o. Anm. 7.

18) Näheres zur Argumentation des NvK findet sich in Nr. 6141.

19) Zu dieser Gesandtschaft des Brixner Klerus an Hz. Sigismund Anfang April 1460 vgl. unten den Briefbericht Hz. Sigismunds Nr. 6342 Z. 22-25.

20) Parsifal von Annenberg verhandelte ab dem 7. April 1460 mit NvK in Bruneck; s.o. Nr. 6122 und unten Z. 35-37

21) S.o. Nr. 5490.

22) Gemeint ist wohl das Verbot der Seelsorge für diejenigen Priester, die der Appellation Hz. Sigismunds beigetreten waren bzw. die eine eigene Appellation gegen NvK verfasst hatten. Vgl. zuletzt oben Nr. 6141.

23) Dieser Brief des Wolfgang Neidlinger aus Innsbruck ist nicht erhalten.

24) S.o. Nr. 6096 (1460 Januar 18) und 6104 (1460 Januar 31).

ecclesia.<sup>25)</sup> Volebat Parczeval, quod cardinalis suspenderet vel tolleret possessionem. Et quia parvi pondēris est minera illa<sup>26)</sup>, sed sequela fuit maxima, nec scilicet ecclesia in suo principatu temporali et regalibus, 40 de quibus est principalis questio inter ducem et ecclesiam, per consensum sublacionis possessionis minere lederetur, cardinalis noluit consentire. Aliqui autem domini de capitulo supervenerunt, et in illo articulo eciam consenserunt, ut michi retulerunt.

Pendentibus istis tractatibus quidam servitores ducis diffidarunt cardinalem et suos.<sup>27)</sup> Et dominus dux in Inspruck consilium habuit, quomodo cardinalem dolo teneret et de eo faceret, quid vellet. Parczeval 45 continuando tractatus in verbis tenuit cardinalem, quousque die Pasce (13. April 1460) per servitores ducis diffidatus et circumvolutus fuit.

Notandum autem, quod illi domestici cerciorati, quod cardinalis, qui predicatorat passionem et fecit officium per septimanam, eciam promiserat se in die Pasce officium facturum et predicatorum, in aurora die Pasce circumsparsi fuerunt in campo et occupaverunt cardinalem, ita quod facere officium pontificale 50 non potuit, prout promiserat. Littere autem diffidatorie eorundem habent, quomodo de iusu ducis hec faciunt.<sup>28)</sup> Qui dux nondum diffidaverat cardinalem neque abdicaverit defensionem, quam in littera unionis<sup>29)</sup>, de qua supra, promittit. Die lune post Pasca (14. April 1460) per litteras ducis requisiverunt opidanos de Brunecka, ut a fidelitate, quam cardinali fecerunt, recederent et se duci darent. Cardinalis vero misit unam cedulam illis capitaneis campi per suos opidanos, quomodo causam diffidacionis contem tam in litteris eorum subicere vellet tribus consiliariis ducis et id, quod illi dicerent se facturum, ut sic cessarent ab istis violenciis. Et per hoc iuxta formam litterarum predictarum iudicabat se satisfecisse. Sed illi recusaverunt et cogerunt opidanos ad dpcionem. Accurrerant undique ad obsidionem castri, in quo erat cardinalis, multi subditi ducis et, ut idipsi dicunt, usque ad quatuor milia cum bombardis et aliis machinis. Cardinalis vero vocabat capitaneos ad se patere data hincinde ad unam horam, dicendo, ut 60 sangwis non effunderetur, seipsum salvum, quo ad vitam et corporem, ad ducem perducere vellent, gratum esse ipsum accedere. Capitanei vero responderunt, quod mandatum haberent recipiendi castrum et corpus suum. Si tradere vellet castrum et corpus, bene esset, alias non. Quibus respondit cardinalis, quod castrum non esset suum, sed ecclesie sue, cuius protector et advocatus esset dux. Libenter vellet castrum resignare capitulo et corpus suum modo premisso. Et quia ipsi essent milites et nobiles viri, non 65 deceret eos esse carnifex, sed non acqueverunt.

Die martis post Pasch(a) (15. April 1460) appositis bombardis in ecclesia sancte Katherine<sup>30)</sup>, que est sub pede castri, et projectis pluribus lapidibus, misit dux post meridiem duos tubicenes<sup>31)</sup>, qui desiderabant cardinali loqui. Quos cardinalis accessit usque ad portam castri. Qui duas litteras domino cardinali presentarunt: unam, in qua dux diffidavit cardinalem tantum<sup>32)</sup> sub alia, in qua scripsit se feuda ecclesie, 70 que habet ex successione patris, nichilominus tenere vellet.<sup>33)</sup> Quibus cardinalis respondit, ex quo dux esset princeps et diffidaret eum, tunc secundum imperialia statuta ante mensis fluxum nichil inchoare

---

59 ut: folgt gest. ii.

<sup>25)</sup> Zum Streit um die Bergwerke bei Garnstein s.o. Nr. 6134.

<sup>26)</sup> In Garnstein waren vielversprechende Erzlagerstätten entdeckt worden, die jedoch noch nicht rentabel ausgebeutet werden konnten; s.o. Nr. 6134.

<sup>27)</sup> Die Absagebriefe der Adligen und anderen Gefolgslente Hzg. Sigismunds wurden NvK am 13. April 1460 übergeben, nicht jedoch der bereits am 12. April ausgestellte Absagebrief Hzg. Sigismunds. S.o. Nr. 6157.

<sup>28)</sup> Vgl. den Wortlaut der Absagebriefe Nr. 6157-6160, 6163.

<sup>29)</sup> Nr. 3788f.

<sup>30)</sup> Die Katharinenkirche auf dem Rain unterhalb der Brunecker Burg; s.o. Nr. 5734 Anm. 10.

<sup>31)</sup> Bereits die Absagebriefe der Adligen waren am 13. April von einem Trompeter namens Gabriel überbracht worden; s.o. Nr. 6157 Anm. 1.

<sup>32)</sup> S.o. Nr. 6157 (1460 April 12).

<sup>33)</sup> Dieser Brief ist nicht erhalten. Dass eine Absage gleichbedeutend war mit einer Aufsage der Leben, geht aus dem Fehdebrief des Balthasar von Welsberg hervor; s.o. Nr. 6160.

deberet contra eum<sup>34)</sup>, requirendo eos, ut hoc sibi denunciarent. Secundo requisivit, quia dux esset venturus immediate, quod producerent sibi salvum conductum a capitaneis, ipse vellet occurrere duci.  
75 Post hoc venit dux et continuavit violenciam per suos prius inchoatam. Ex ipsis satis intelligitur, an cum honore per ducem diffidatio illa et cetera, que attemptata sunt, facta sint vel non.

Post hec inceptus est tractatus et duo ex parte ducis, scilicet dominus Duringus de Hawil<sup>35)</sup> et Happe Hack<sup>36)</sup>, frater domini Tridentini, et duo canonici, scilicet Cristianus de Freiberg<sup>37)</sup> et Wolfgangus Neidlinger, ad cardinalem venerunt in castrum. Erat autem cum cardinali prepositus Brixinensis<sup>38)</sup> et 80 magister Michael de Netz.<sup>39)</sup> Et proposuerunt mediatores, quod omnia castra ecclesie poneret ad manus capituli. Et illi, cum quibus cardinalis deberet tractare et consilium habere, erant capitulum et venerunt sine vocacione cardinalis, ita quod cardinalis de facili intelligere potuit, iam inter eos conclusionem captam. Et ita statim annuit se facturum. Post hec altera die petiverunt restitui castrum Taufers, quod cardinalis emerat a duce pro quindecim milibus florensis Renensibus et mille ducentis ducatis.<sup>40)</sup> Item 85 petiverunt vigintaquingen milia florenorum et de tribus milibus florensis, in quibus dux obligatur cardinali, quitanciam.<sup>41)</sup> Statim capitulum annuit quo ad castrum Taufers. Quo autem ad aliam pecuniam annuit, quod cardinalis daret quicquid haberet – et non fuerunt reperti nisi sex milia florensis – ac quod daret ultra illa vi milia adhuc quatuor milia in anno cum dimidio et quitanciam de tribus milibus.<sup>42)</sup> Cardinalis autem desentire non potuit, quia fuit in manibus ipsorum. Illa hora dux *(ipse)met* fecit pacem proclamare, que eciam cardinali et suis insinuata est per prefatos duos, per Thuring et Hack. Sed an sit servata, 90 subsequencia docebunt.<sup>43)</sup>

Venerunt enim nominati duo nobiles post hec, interrogantes cardinalem, an ipse vellet descendere de castro ad opidum vel pati, quod ipsi duo forent cum eo in castro pro expeditione litterarum super premissis concordatis. Quibus respondit cardinalis, domus sua esset destructa in opido per satellites ducis.<sup>44)</sup> Placeret sibi, quod isti duo manerent in castro. Veniente occasu solis receperunt claves castri et intromiserunt magnum numerum armatorum et expulerunt soldatos cardinalis. Et ita habuerunt castrum et personam cardinalis in manu sua. Hec fecerunt post pactum. Et strictius cohartatus est quam ante. Fuerat feria sexta (19. April 1460). Misit dux ad cardinalem, ut indulgeret suis capellani, quod coram eo missas legerent. Quibus respondit cardinalis, quod ipse nichil eis inhibuisset. Quo responso habitu, dux infrenuit, dicens: „Intelligo cardinalem me habere pro excommunicato. Si esse debeo omnino excommunicatus, volo talem sanguinem fundere, ut merito censear excommunicatus.“ Sic venerunt ad cardinalem dominus Jacobus Trapp, magister curie sue, et prenominati canonici cum iam nominatis nobilibus, dicentes cardinali, cum dux esset in talem furiam conversus, quod, nisi ipse mandaret sacerdotibus, quod celebrarent, ipse iam arma induisset et cum suis satellitibus et proponeret omnes trucidare nec mulieribus

---

95 castri: *a.R. von der Hand des NvK* nota fraudem. 102 Trapp: *a.R. von der Hand des NvK* Trapp.

<sup>34)</sup> Die Goldene Bulle von 1356 setzte ebenso wie zuvor schon der Mainzer Reichslandfriede von 1235 eine Frist von drei Tagen zwischen Absage und Aufnahme der Feindseligkeiten fest. Der Landfriedensbund der Kurfürsten vom 21. März 1438 (s. RTA XIII 157 Z. 45-49) übernahm dies ebenso wie die Reformatio Friderici vom 14. August 1442 (s. RTA XVI 402 Z. 27-32). Vgl. Grass, *Fehdewesen* 793f. Zum Ganzen umfassend: M.G. Fischer, *Reichsreform und „Ewiger Landfrieden“: Über die Entwicklung des Fehderechts im 15. Jahrhundert bis zum absoluten Fehdeverbot von 1495* (Untersuchungen zur deutschen Staats- und Rechtsgeschichte. Neue Folge 34), Aalen 2007. Vgl. auch Brunner, *Land und Herrschaft* 76.

<sup>35)</sup> Thüring von Halbwill; s.o. Nr. 6165 Anm. 9.

<sup>36)</sup> Happe Hack, Bruder des Trierer Bischofs Georg Hack. Zu seiner Rolle bei der Belagerung Brunecks s. Grass, *Fehdewesen* 794.

<sup>37)</sup> Christian von Freiberg, Domkustos zu Brixen.

<sup>38)</sup> Jakob Lotter, Dompropst zu Brixen.

<sup>39)</sup> Michael von Natz, Propst des Marienstifts im Kreuzgang zu Brixen.

<sup>40)</sup> S.o. Nr. 4703f. (1456 März 18).

<sup>41)</sup> S.o. Nr. 4702 (1456 März 18).

<sup>42)</sup> S.o. Nr. 6186.

<sup>43)</sup> Die Skepsis war berechtigt. Vgl. die Auflistung der insbesondere nach dem Friedensschluss von Bruneck erfolgten Schädigungen der Hochstiftsuntertanen; s.o. Nr. 6173.

<sup>44)</sup> Zu diesem Brunecker Stadthaus des NvK, zu dem auch eine Kapelle gehörte, vgl. Nr. 4184 Anm. 5.

neque pueris in utero matris parceret. Et in hanc sentenciam omnes, eciam canonici, consenserunt, quod 105 omnino cardinalis sic preciperet. Quibus respondit cardinalis, quod valde ammiraretur de illa violencia post pacem. Semper fuisset paratus pro iusticia, quam faveret pocius *(quam)* gloriosa morte mori, quam consentire in nephas, et quod reciperent eum et incitarent, sicut vellent. Cui dixit magister curie, quod neque morte(m) cardinalis, tanta effusio sanguinis, que inferioribus esset, cessaret, instando ut unico verbo et noxiū sanguinem redimeret. Et hoc faceret festinans, quia periculum esset in mora.

110

Similiter omnes dixerunt, asserendo cardinalem propter notoriā violenciam excusari. Sic cardinalis remisit ad illos duos de capitulo se exonerando. Qui duo canonici duobus capellaniis in parochia manda- runt, prout dux voluit. Sed unus capellanus ducis, Jeronimus Sawrwein<sup>45)</sup>, licenciatu*s* in iure, respondit mandatum illud ex violencia extortum esse invalidum, quia neque cardinalis posset hoc mandare. Quo intellecto per ducem, quod omnino excommunicatus esset, pepercit suis capellaniis, ne coram eo celebra- 115 rent. Ista fuit gravis sub violencia post pacem cardinali illata et sacerdotes alii compulsi fuerunt non servare interdictum, sed prophanare iuxta ducis desiderium.

Item eadem sero post pretactum actum vix per horam ortus est terribilis rumor contra cardinalem, quoniam quidam servitor eius nomine Grabriel (*l*) Prack<sup>46)</sup> veniret cum valde magno exercitu Italicorum contra ducem. Et venerunt in castrum cum maximo tumultu armatorum recipiendo possessiones turris, 120 ubi solebat cardinalis dormire. Et talia signa ostenderunt contra cardinalem et suos, quod nemo putabat se mortem evasurum. Que res ad turbandum pacem excogitata creditur.

Item post hoc, stante semper cardinale cum suis in mortis timore, dux non contentus de conclusione de castris, que ponitur supra, voluit eciam, quod cardinalis civitatem et opida ad manus capituli poneret, ut sic medio capituli totam temporalitatem ecclesie possideret. Et licet cardinalis responderet prius de hoc 125 re non esse cogitatum, tamen, quia capitulum semper cucurrit cum duce, permisit omnia, sciens talia, que sic ab eo violenter extorquerentur, non posse ecclesie preiudicare in iure.

Item post pacem de granariis cardinalis dux omnem exercitum et equos pavit usque ad multa milia steriorum.<sup>47)</sup>

Item pauperes colones cardinalis et ecclesie et sacerdotes exaccionivit.<sup>48)</sup>

130

Item multas litteras a cardinali, de quibus prius nunquam fuit cogitatum, extorsit. Ex quibus patet, quomodo pax proclamata est cardinali servata et quid cardinalis presumere possit in futuro, cum adhuc ipse cardinalis et castrum sunt in manibus ducis.

Sciendum, quod cardinalis castrum Taufers, quod pars erat ecclesie, ut hoc manifeste constare poterit<sup>49)</sup>, emit, ut supra ponitur, et coactus suas litteras empacionis restituere. Dederat autem litteras 135 reempcionis duci, scilicet quod tredecim annis posset redemere.<sup>50)</sup>

Modo est advertandum, quod in littera empacionis, quam dux dedit, in fine ponitur: Si contingere castrum illud de manibus episcopi et ecclesie extorqueri infra tredecim annos, quod tunc dux obligatus esset cooperari pro eius recuperacione.<sup>51)</sup> Ex quo ergo dux modo *(ipse)met* est ille, qui extorsit in manibus cardinalis et episcopi, quisque facile considerat, cum qua honestate contra sua scripta hec fecit 140 et an possit extorsio aliqua ratione defendi.

116 illata: von NvK a.R. nochmals besser leserlich geschrieben. 118 terribilis: a.R. von NvK korr. aus tribus. 120 tumultu: em. tumultu. 123 timore: a.R. korr. aus timorum. 125 totam: em. totum. 126 permisit: ü.d.Z. korr. aus pervesit. 128 Item: a.R. von der Hand des NvK de blado. 131 prius: ü.d.Z. korr. aus pars. 135 suas litteras: em. suis litteris.

<sup>45)</sup> Hieronymus Saurwein, Kaplan Hz. Sigismunds, ab Dezember 1461 Pfarrer von Bozen. S. die Investitur durch B. Georg Hack von Trient, Kopie: TRIENT, StA, Sezione latina, Caps. 46 Nr. 17 (1461 Dezember 11); vgl. auch J. Ladurner, Beiträge zur Geschichte der Pfarrkirche von Bozen, Bozen 1851, 35. Er publizierte am 11. September 1460 in Chur die herzögliche Appellation vom 13. August 1460 (Nr. 6291); s. ein notarieller Vermerk auf der Rückseite der Originalausfertigung INNSBRUCK, TLA, U 18987.

<sup>46)</sup> Gabriel Prack, Hauptmann zu Buchenstein.

<sup>47)</sup> Vgl. Nr. 6173 Z. 36, wo der Schaden auf ca. 200 Mark beziffert wird.

<sup>48)</sup> S. die Liste Nr. 6173.

<sup>49)</sup> Vgl. Nr. 4706.

<sup>50)</sup> S.o. Nr. 4704.

<sup>51)</sup> S.o. Nr. 4703 Z. 26-30.

Item similiter dux dedit litteras cardinali pro tribus milibus florenis sibi mutuatis, et posuit fideiussores,  
qui se obligaverunt uti principalis infra annum restituere, quod, si non fecerint, ad principalem summam  
et ad dampna teneri.<sup>52)</sup> Fideiussores requisiti pluries<sup>53)</sup> non satisfecerunt. Demum supplicaverunt pro  
145 termino, scilicet quod in festo sancti Georii (24 April 1460) solvere vellent. Et petitioni eorum annuit  
cardinalis. Dum igitur expectaret solutionem fieri, dux et nonnulli ex fideiussoribus diffidati cardinalis  
extorserunt violenter quitanciam illius littere obligacionis et mortificacionis. Que sit honestas sic solvere  
debita, unusquisque bene intelligit.

Scriptum summarie anno domini m<sup>o</sup> cccc<sup>o</sup> lx<sup>o</sup> die jovis post dominicam ,Quasi modo geniti<sup>c</sup> in castro  
150 Bruneck.

---

142 Item: *a.R. von der Hand des NvK* de tribus milibus florenis mutuatis duci. 144 non: *von NvK ü.d.Z. hinzugefügt.* | satisfecerunt: *em.* satisfacerunt. | Demum: *ü.d.Z. von NvK korr. aus einem unleserlichen Wort.*  
149 summarie: *zunächst ü.d.Z. dann am Rand korr. aus unleserlichen Wörtern.*

---

<sup>52)</sup> *S.a.* Nr. 4702.

<sup>53)</sup> *Vgl.* Nr. 5464, 5478.